me quod in carne vixi. Quia post hec enim cor et deum prosternunt sicut fenum et
aruit cor meum in omnibus hiis. Cum cor spiritualiter fenum virens florens et ger-
minans videret. Quia tandem et cor eorum in arescentem progressus ut psalmo 89
vespere decidat induret et arescat. Et hec totum unde mihi malum venit.

Quia oblitus sum comedere panem meum. Iste versus dicit et cogit nos
intelligere spiritualiter de spirituali percussione et arefactione quam coram deo patiuntur opera
in carne florentia. Et ita fit sapida et devotissima oratio. Quis enim est enim
qui hec non sit expertus si saltem unquam fuit vere compunctus? Potest hinc
venit omnis ista miseria ariditatis et percussionis mee. Quia non contendit animo
ea intueri verbum dei. Sed sunt post obiectis pungentibus in sensu moveri et absorberi
ac sic oblivisci proposita sunt. Sic enim multi multa proponunt et eadem in
multa aliqua desperare constituunt. Et hii sunt panem comedunt sed semper retinent
a proposito et obliviscuntur. Ideo recte pro penitentibus sunt iste orationes deputate
in quibus ceciderunt doleant et dicant. Ecce iterum percussum et aruit et
iterum defecerunt sicut fumus dies mei. Iterum aruerunt ossa mea sicut cremium
Quia ignis ire luxurie gule avaritie superbie et iterum ecce me fregit. Ergo
quia oblitus sum comedere panem meum. Sed tu domine Ne avertas faciem tuam
a me. Exaudi orationem meam. Et quia semper cado et obliviscor in quacumque die
invocavero te exaudi me velociter. Et nota verbum Quia dicit
oblitus ergo non ex ignorantia nec ex malitia sed ex infirmitate peccavit. Volun-
tatis enim est malicia intellectus ignorantia sed memorie infirmitas et instabilitas
in bonis quod intellectus novit et voluntas eligendo voluit. Verum sed memoria
deficiente et intellectus et voluntas deficit quia nec aliud novit et vult. Quare primus sic
memoria stetit. Ideo in omni peccato omnes tres concurrunt. Sed non omne peccatum ex qualibet
oritur. Malitia enim excecat impios quia viderunt primus malum et tamen elegerunt ex
malitia. Ideo postea excecat eos talis malitia ut malum amplius non videant sed
bonum iudicent. Nota quod ait Comedere quia memorie competit
firmiter. Non ait degustare aut lambere tantum vel extra in ore tenere. Sed ei firmo
assensu adherere et deglutire. Multi quidem sciunt facienda et omittenda sed
non assentiunt illis corde ut sic faciant et omittant.

A voce gemitus mei adhesit os meum carni mee. Licet hec quod litera possit
sustinere ut in glosa. Quia scilicet maceratis carnibus et deo placentibus fiunt gemitus
non autem hypocrisis et vana laudis concupiscentia. Tamen maceratio ista et adhesio magis
mystica est. Quia totus in spiritu loquitur. Ille enim macer est qui domita et macerata
concupiscentia carnis pinguis est ad bona spiritus. Sicut econtra pingues vocantur qui
plena concupiscentia fruuntur. Psalmo 21 et 16. Adipem suum concluserunt. Et 72. prodiit quasi
ex adipe iniquitas eorum. Et quid queris? Ego non intelligo ossa in scriptura nisi carnem
crucifixerunt. Ideo sicut idem verbum sepe pro utroque occurrit idem. Unde et supra
de viriditate et virescentia dictum est. Ita nunc quoque de pinguedine et macredine
sensus quia utraque duplex est. Utraque in spiritu et carne. Non loquendo de
naturali pinguedine sed spirituali. Hec enim per illam duplex est.